

Országos Rabbiképz. - Zsidó Egyetem Könyvtára

R/12

Pos 170

JACOBI LE LONG
BIBLIOTHECAE
SACRAE

PARS ALTERA,

Biblia linguis vulgaribus expressa

Concordias Evangelicas

Concordantias Bibliorum

Variantium Lectionum Collectiones

Elenchum Chronologicum Bibliorum Excusorum
Eorundem Delectum

Indicem denique Alphabeticum Translatorum &c.

complectens

ex nova recensione

C. F. B.



Sumptibus GLEDITSCHII & WEIDMANNI

M. DCC. IX.

1709

❁ (o) ❁

ADDENDA

ac

EMENDANDA

in

II. PARTE.

C *Ap. IX. Bibl. Germ. Sect. 3. pag. 218.*
post lin. 4. adde: Biblia Germanica
Lutheri, in fol. & 4. Francofurti ad
Moenum, Zunneri, 1698.

Eadem, cum præfatione Gottlob Friderici Se-
ligmanni, in 8. Lipsiæ 1699. in fol. 1701.
in 4. 1705. in folio 1708.


Ibidem lin. 8. lege: Eadem cum figuris Me-
riani, fol. Francofurti 1701. dele lineam sequen-
tem.

Ibidem post lin. 16. adde: Jo. Melchior Krafft,
Ecclesiae Sandesnebiensis in Holsatia Pastor, ali-
quoties iam memoratus, Stutgardiensem hanc
Bibliorum editionem adversus Theologi cuius-
dam Saxonici notationes peculiari tractatu, su-
periore anno evulgato, vindicandam suscepit.
Idem ille Krafftius in Historia Bibliorum Ger-
manicorum accurate consignanda ab aliquot in-
de annis occupatur, subsidiis ad hoc institutum
necessariis egregie instructus.

)

ibi-






Ibidem pag. 219. post lin. 12. adde : Biblia Germanica Lutheri, cura Nic. Haasii. Nova haec editio, ab auctore magno studio denuo recensita, & pluribus scholiis ac difficiliorum Scripturae locorum expositionibus aucta, magno hinc lectoribus sacrarum litterarum intelligentiae cupidis emolumento futura, sumptibus Io. Ludovici Gleditschii & Maur. Georg. Weidmanni in forma 8. iam imprimitur, & proximis, Deo volente, nundinis vernalibus a. 1710. prodibit.

Ibidem Sect. 7. p. 267. lin. 21. lege : Catholicam esse, quae versionem &c.

Cap. XIV. Concord. Evangel. pag. 377. lin. 28. † Christoph. Althoferi. p. 379. l. 11. l. Beni. Beaufort. l. 37. † Io. Bourghesii. p. 380. lin. 12. † Io. Bugenhagii. p. 381. l. 12. † Thomae Cartwrighti. lin. 17. † Matthaei a Castro. p. 383. l. 17. l. † Iac. Dornkrellii. lin. 26. l. † Laur. Echard. p. 384. l. 17. l. † Mich. Fouqué.

Cap. XV. Concordant. Bibl. p. 401. l. ult. lege : studio Mart. Trostii. *Ibidem* p. 410. post l. ult. adde : Clavis Bibliorum generalis, in duas partes divisa, autore Nicolao Haasio. Pars I. pandit sensum omnium verborum, phrasium, dictorum & rerum &c. quae in sacris utriusque Foederis pandectis occurrunt, tam ad versionem Germanicam Lutheri, quam ipsos textus originales comparata, ac vicem omnium Concordantiarum verbalium pariter atque realium sustinens. Pars II. Onomasticum Sacrum complectitur. *Hoc opus, cuius*




cuius a se suscepti rationem in peculiari quadam scheda ante annos aliquot iam typis evulgata prolixè exposuit Auctor, inter promissa adhuc referendum est.

Quod ad C. Weidlingii laborem attinet, quem Dominus le Long Concordantiarum catalogo etiam intexuit, locum ille inter Concordantias Biblicas nullum planè meretur, ut vel ex libri inscriptione patet, quae ita sese habet : Gazophylacium Oratorium, seu novae ac perfectae Concordantiae reales, ex recentiorum eorundemque praestantissimorum Ecclesiae nostrae oratorum, Geßeri, Carpzovii, Schmidiorum, Ittigii, Mayeri, Pfeiferi, Mülleri, atque Scriverii scriptis, moralia, sacrarum litterarum interpretationes, similia, testimonia & dicta Patrum &c. excerpta sub certis titulis exhibentes, in fol. & 4. Lipsiae 1700.

Ibid. p. 412. l. 17. l. Harum meminit &c.

In Indice Auctorum, p. 652. l. 38. lege : Lanckisch (Fridericus) Germ. Lipsiensis, Luther. Philos. Magister & Bibliopola Lipsiensis, (obiit 1669.) pag. 633. l. 24. l. † Fabricius. l. 29. Geneleos. p. 637. l. 19. l. † Geierus.





SYLLABI

OMNIUM

SACRÆ SCRIPTURÆ
EDITIONUM AC VERSIONUM

PARS ALTERA.

COMPLECTENS BIBLIA LINGUIS VULGARIBUS
expressa, Concordias Evangelicas, Concordan-
tias Bibliorum, variantium lectionum Colle-
ctiones, Elenchum chronologicum Editionum
Biblicarum, denique Indicem alphabeticum
Translatorum &c.

*In Tomo priori recensita sunt à nobis Biblia vetustis ac
eruditiss. Orientalibus scilicet linguis exarata: Græcæ
etiam & Latinæ Bibliorum translationes, quant à po-
tuimus diligentia collegimus, earumque catalogum te-
nuimus; in hoc autem secundo eas, quæ vulgaribus i-
diomatibus sunt donata, referemus. Hanc verò par-
titionem non ita accurate servavimus, in prima signi-
dem hujusce operis parte extant versiones Turcicæ, Per-
sicæ, Barbaro-Græcæ, Malaicæ & Sincicæ, quæ inter vul-
gares numerantur: in secunda verò translationes an-
tiqua Gothicæ & Anglo-Saxonica; utraq; cum sint
numero paucissima, harum in ista divisione nullam di-
ximus habendam esse rationem.*

BIBLIA GALLICA.

SECTIO PRIMA.

VERSIONES ANTIQUÆ
& Manuscripti Codices.

NULLUS inter Gallos ante Valdensium tempora omnes sacros libros in linguam vernaculam converterat, Francica enim Novi Testamenti versio, si unquam extiterit, quam jussu Caroli Magni factam aliqui referunt, ad Teutonicas est amandanda; primi ergo, qui hunc susceperunt laborem, quorum noticia ad nos usque pervenit, illi sanè fuerunt, quos denotavit Innocentius III. Pont. Max. in epist. 141. lib. 2. Epistol. p. 432. editionis Baluziane scripta circa annum M. CC. „Univ^{er}sus Christi fidelibus tam in urbe Metensi quam^{que} eius Diœcesi constitutis. Significavit nobis Venerabilis Frater (Bertramus) Metensis Episcopus per litteras suas, quòd tam in Diœcesi quam in urbe Metensi laicorum & mulierum multitudo non modica, tracta quodammodo desiderio Scripturarum, Evangelia, Epistolas Pauli, Psalterium, Moralia Job & plures alios libros sibi fecit in Gallico sermone transferri.

Bibliorum libri quidam (in primis Novum Testamentum) in linguam vernaculam, sc. Gallicam translati à Stephano de Ansa (vel de Emsa) Sacerdote Lugdunensi, studio & impensis Petri Valdensis, post annum 1170. aut 1180.

Stephanus de Borbone seu de Bellavilla Ord. Predic. qui obiit 1261. Valdensium ortum describens libro de 7. donis Spiritus sancti part. 4. tit. 7. cap. 30. hac ait: „Valdenses dicti sunt à primo hujus hæresis auctore, qui nominatus fuit Valdensis. Dicuntur etiam pauperes de Lugduno, quia ibi ceperunt in professione paupertatis. . . Incepit autem illa secta per hunc modum secundum quod ego audivi à pluribus qui priores eorum viderunt, & à Sacerdote illo, qui satis honoratus erat, & dives in civitate Lugdunensi & amicus Fratrum nostrorum, qui dictus fuit Bernardus Ydros; qui cum esset juvenis & scriptor, scripsit dicto Valdensi priores libros pro pecunia in Romano, quos ipsi habuerunt, transferente & distante ei quodam Grammatico, dicto Stephano de Ansa, (aliis de Emsa) qui postea beneficiatus in Ecclesia majore Lugdunensi (alius codex, prænotatus est in Sacerdotem &) de solario domus, quam ædificabat, corruens morte subitâ vitam finivit, quem ego vidi sæpe. Quidam dives rebus in dicta urbe dictus Valdensis audiens Evangelia, cum non esset multum literatus, curiosus intelligere quid dicerent, fecit pactum cum dictis Sacerdotibus, alteri (sic) ut transferret ei in vulgari, alteri ut scriberet quæ ille dictaret, quod fecerunt. Similiter multos libros Bibliæ & auctoritates Sanctorum multas quas sententias appellabant. Incepit autem hæc secta circa annum Incarnationis Domini M. C. LXX. sub Joanne dicto Bolesmanis Archiepiscopo Lugdunensi (alius codex M. C. LXXX. sub Joanne dicto Belesmanis.)

nis). „Hæc referuntur ex codice msc. Sorbonico à R. P. Jacobo Echarâ scilicet. 4 libri quem inscripsit: Sancti Thomæ Summâ suo auctori vindicata, pag. 540.

Ex antiquo msc. libro hæc referunt Magdeburgenses historiæ centuria XII. cap. 8. „Suasit omnibus (Petrus Waldus circa annum 1170.) ut Biblia legerent... & ut cuivis esset potestas cognoscendâ fundamenta salutis nostræ. idem Biblicos libros in vernaculam Gallicâ linguam transfundit ac potestatem transferribendi cui libet præbet.

Ex supra relatis Stephani de Borbone verbis constare debet, Petrum Valdensem, ut pote non multum literatum, vernaculam non cudisse versionem, sed tantum curasse, ut a Stephano de Ansa conficeretur.

Hæc eadem asserit auctor, quem Rainerium quidam putant; (hic claruit initio seculi XIV.) libro de Valdensibus, eorumque doctrina & moribus inter rerum Bohemicarum scriptores à Marq. Frehero editos pag. 222. Is causas hæreseos Valdensem enumerans etiam hæc commemorat, „quia Novum Testamentum & Vetus vulgariter transtulerunt.

Similiter Joannes Tritemius in Monasterii Hirsaugensis Chronico ad annum 1160. de eodem Petro Valdo hæc refert: „Fuit quidam civis Lugdunensis... libros sacræ Scripturæ, maximè Novi Testamenti, primus sibi in linguam Gallicam fecit transferri.

An supersit adhuc hujus translationis codex aliquis, nondum rescire potui; reperiuntur quidem versiones Valdensem linguâ partim Redemontanâ,

partim Provinciali, de quibus infra capite octavo.

Biblia in Gallicum sermonem conversa, ad quorum calcem scriptum est: ex dono Capituli Uticensis anno 1286. sub Papa Martino IV. (hic error irrepsit, nam summus ille Pontifex VI. Kalendas Aprilis anni 1285. obiit.) Bibl. Segneriana pag. 90. catalogi libr. msc. editi.

(Lectio attentius hoc catalogo, istum codicem sicut & sequentes Latina Biblia complecti mihi visum est, proinde ex hoc loco abradendum.)

Si mihi fuisset data hujus exemplaris videndi facultas, cujus sit ætatis aut à quo versum fortè divinare potuissem, sed liber ad hanc Bibliothecam aditus nemini conceditur.

Biblia Gallica absque glossis. Codex in fol. ante quadringentos annos exaratus, integer est usque ad caput 12. Epistolæ ad Hebræos, desunt reliqua capita, sicut & Epistolæ VII. Canonice, & S. Joannis Apocalypsis Scriptus est in membranâ cum figuris & literis initialibus minio depictis, veteri maxime stylo, qui plurimum differt à versione Guiardi des Moulins. Fuit olim hoc exemplar Blesis in Bibliotheca Ludovici XII. Francorum Regis & nunc est in Bibl. Regia Parisiæ cod. 6701. Nicolao Oresmio tribuitur à quibusdam hujusce codicis Gallica translatio, jure an injuriâ, infra videbitur.

Certe dialectus & Scriptura hujus codicis Oresmio vetustior est: & ut saltem de dialecto facilius judicetur, hic asseram caput primum Geneseos ex hoc codice exscriptum, quod sic incipit.

El commencement crea Dieu ciel & terre. La terre a deceetes estoit vain & voide & tenebres, estoient

estoyent sur la face de abisme, & l'esprit de
 Dieu estoit porté sur les eaves. Et dist Dieu,
 soit fait lumiere, & fait est lumiere, & Dieu
 vist que ele fu bone & devisa lumiere de te-
 nebres, & apella lumiere jour & tenebres nuit,
 & fait est vespre & matin un jour. Donqe dist
 Dieu, soit le firmament fait en my lieu des eaves
 & departe eaves des eaves. Et Dieu fist le fir-
 mament & disseveri les eaves qe estoient sous
 le firmament. Et isi est fait. Et Dieu apella le
 firmament ciel, & fait est vespre & matin le
 second jour. Lors dist Dieu. Soient les eaves
 assemblees qe sont sous ciel en un lieu & apier-
 ge secke, & isi est fait. Et Dieu apella secke
 terre, & assemblees a decertes des eaves & apella
 mers. Et Dieu vi qel [fut] bone, & dist, Germe
 terre, herbe verdissaunt & fesaunt semail & fu
 portaunt pomme, fesaunt fruit juste son gen-
 dre, le semail de qui soit en se memes sur terre.
 Et isi est fait. Et terre porta herbe verdissaunt
 & portaunt avaunt semail juste son gendre & le
 fust fesaunt fruit [et] chacune manere de semail
 eiaunt solom la espee. Et Dieu vi & que ceo
 fu bone, & fait est vespre & matin le tiers jour...
 Et Dieu dist veez ieo ai do ne a vous tote herbe
 portaunt avaunt semail sur terre, & tous fust qe
 unt en soi meme semail de son gendre quil soient
 a vous en viande & à toutes choses ei auns almes
 de terre & aient oïsel de ciel & a totes choses qui
 sont vivaunz en terre & en quels est alme vi-
 vaunte quil cient a user, & fait est isi. Et Dieu vist
 toutes choses quil fist & estoient mult bones &c.

Complectitur forsitan hoc exemplar translatio-

*nem jussu S. Ludovici concinnatam (Scriptura enim
 hujus aetatis esse videtur) de qua loquitur Joannes
 de Serres in Inventario generali Historie Francice
 in vita Ludovici IX. ad an. 1227., Piiissimus ille
 Rex S. Scripturæ lectione delectabatur, eamque in,
 Gallicum idioma convertere fecit, Vidi apud vi-
 rum nobilem, familiarem meum, exemplar hoc,
 insignitum titulo., Idem in hist. Caroli V. ad an.,
 1380., Manuscriptum versionis mandato S. Lu-
 dovici concinnatæ codicem inspexi.,*

*Psalmos hujus codicis cum iis, quos codex Regius
 8177. exhibet, contuli, & in multis reperi concor-
 dare, ita ut, qui postremum descripsit, priori, ut
 pote rudiori & minus compto stylo scripto, usus esse
 videatur.*

*Psalmi sic incipiunt: „ Benert soit le bier que
 ne foreie el confail des engrées, & ne estuet en,
 voie de pecheours, & ne fiet en la chaier de pe-
 silence. Mais sa volenté fust en la volenté de,
 nostre Seigneur, & il pensera à la lei par jour &,
 par nuit.*

*Licet binos hosce codices primo loco retulerim, nul-
 lis ad hoc aliis rationibus adductus sum, nisi tempo-
 ris arā in priori codice notatā, & antiquā posterioris
 dialecto, qua forsā in aliqua Gallia provincia poti-
 us quam Parisiis fuit olim in usu.*

*Biblia Gallicæ versa à Guiarto des Moulins Ca-
 nonico S. Petri Arienſis anno D. 1294. absoluta,
 vulgo nuncupata la bible historiaux ou les kyſtoires
 Escolastres. Complectuntur historicos Veteris
 & Novi Testamenti libros glossis seu postillis in textu
 insertis, quas in historiam scholasticam concinna-
 ras Petrus Comeslor; additis in Veteri Testamento*

Psalms, librisque Sapientialibus, & in Novo Epistolis Apostolorum & Apocalypsi.

Extat hujus versionis volumen primum, completens sacros libros a Genesi usque ad Proverbia Salomonis, elegantissime exaratum (*nomen translatoris designatur in prologo, & est ejus ætatis*) in *Bibl. Regia. cod. 6820.*

Ex plurimis, quos manu trivi, codicibus nullus mihi visus est antiquior illo, qui asservatur in Bibliotheca S. Genovesæ. Codex est membranaceus in folio majori sat eleganter scriptus; continet omnes sacros libros præter Jobum, cujus historia compendiosè duntaxat narratur. Ritmica Litanie Sanctorum extant ad calcem Psalterii. In illis nomen S. Ludovici non reperitur inter SS. Confessores, licet in album Sanctorum positus fuerit anno 1297. ex quo judicare est codicem hunc esse vetustissimum, ætatis forsitan translatoris. In fine scripturæ recentiori Gallicæ scripta hæc leguntur: "Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo post translationem S. Martini... fuit natus Hervens de Leonia, &c.

Ex prologo translatoris qui sic incipit: "Pour ce que le diables que chacun jour empesche &c. Ego Presbyter & Canonicus Ecclesiæ S. Petri Ariæ Episcopatus Tervannensis, (quidam Codices mendo se Ariæ Archiepiscopatus Trevirensis, alii verò Ariæ Episcopatus Trecentis. Codices nonnulli addunt & Guiartus des Moulins cognominor) ad laudem Dei, Virginis Mariæ & omnium Sanctorum, & ad utilitatem eorum qui hæc opus videbunt, rogatu ejusdam amici necessarii que mei profectum animæ meæ multum exoptantis, historicos Bibliorum libros ex Latino (en Roumançe. i. e.) in

Országos Rabbiképz Gal-

Gallicum idioma transfuli quemadmodum egit Magister historiæ Scholasticæ, ommissis iis quæ non necesse erat convertere, integrum horum librorum textum præbens. Rogo illos qui has historias legerint, ut, si qui sint in narrationis dispositione defectus, habeant me excusatum; nam per animam meam nihil scripsi aut addidi nisi, meram veritatem, sicut in Bibliis Latinis & in historia Scholastica legitur... Anno M. CC. XCI. mensis Junii quo natus sum, completo anno quadragesimo hanc incæpi versionem, perfecique anno salutaris M. CC. XCIV. mense Februarii. Anno salutis M. CC. XCVII. die festo S. Remigii electus factusque sum S. Petri Ariensis Decanus &c. "

Post indicem librorum Bibliorum hæc adduntur: Eodem modo ordinati sunt in hoc indice libri sacri, quo in historia Scholastica, hujus enim Magistri vestigia in libris disponendis ubique pretereæ libros Job & Proverbiorum, qui in illa defunt, hic ob ipsorum utilitatem adijcio. "

Latent in Bibliothecarum angulis (inquit Dan. Huënius libr. de Claris Interpr. pag. 38.) illis temporibus, sc. Philippi Pulchri Francorum Regis, concinnatæ Interpretationes aliquot; quædam, etiam typis editæ sunt; quarum nobilissima ea est, quæ sanctæ Scripturæ volumina Gallico sermone, exposuit Guiartus Molinæus. Caroli Octavi jussu, primum, & aliorum subinde curâ prælo commissa, fuit; qua de re decepti nonnulli Caroli hujus auctoritate non editam, sed incubratam sinxerunt. Id verò quàm falsum sit, vel ex eo manifestum est, quod ad Geneleos caput 16. adtexuit Interpretationem videlicet illam eo anno sese, fuisse exortum, quo talis Christianis Prolo mandem,

„& Tripolim Barbari diruerunt: hanc autem cla-
 „dem, anno à Christi natalibus octogesimo no-
 „no suprâ ducentesimo & millesimo à Mulecho
 „Sapherape Babylonio Saracenorum Soldano Chri-
 „stianæ reipublicæ fuisse illatam memoriæ proditum
 „est: quâ scilicet tempestate rerum in Gallia potie-
 „batur Philippus Pulcher. Ejusmodi autem hæc est
 „Interpretatio, ut non minus commentarius, quàm
 „conversio censi possit; plurimis siquidem additio-
 „nibus ex Petri potissimum Comestoris Scholastica
 „historia depromptis, variisq; mutationibus & infini-
 „tis detractionibus inquinata & deformata est. Atq;
 „utinam genuini contextûs distinctionem à Com-
 „mentariis editi codices & mss. ita adnotatam præ-
 „ferrent, ut vetustum quoddam Bibliothecæ hujus
 „exemplar; pauciora quippe in ea, quamvis etiam be-
 „ne multa requireremus. *Hæc ille.*

Biblia Gallica ex ejusdem versione, dialecto au-
 tem Picardicâ. Codex membranaceus in folio, cum
 Litanis rithmicis, in quibus etiam nomen S. Ludo-
 vici desideratur. Concordiam habet Evangelicam,
 non vero textum singulorum Evangeliorum. *Bibl.
 Regia cod. 6818.*

Eadem etiam dialecto Picardicâ, in Litanis non legi-
 tur nomen S. Bernardi, in fol. *Ibid. codd. 6702. 6703.*

Libri quidam S. Scripturæ hoc est à libro I. Para-
 lipomenon usque ad Danielem inclusive, ex eadem
 versione, sed dialecto Wallonum, in folio. *Parisius,
 in Museo Dn. Nolin Advocati.*

Biblia ex eadem versione. Codex in folio multis
 figuris minio depictis ornatus: fuit olim Joannis
 Ducis Bituricensis & Alvernæ, fratris Caroli V. Regis
 Francorum, ut patet ex ejus subscriptione JEHAN.
Bibl. Regia cod. 6823.

Biblia ejusdem versionis paululum immutata,
 Codex in folio complectens dumtaxat libros à Gene-
 si usque ad Proverbia Salomonis. Diversæ omninò
 glossæ à præcedentibus singulis versibus subjiciuntur
 in libro Geneseos, Josuæ, Judicum & Ruth: in cæte-
 ris nullæ extant. *Ibidem cod. 6704.*

Biblia Gallica, 2. vol. fol. Secundum, quod com-
 plectitur Libros sacros à Proverbiis Salomonis usque
 ad Apocalypsin, fuit ejusdem Principis qui tunc erat
 Dux Burgundiæ, ut initio voluminis notatur *his ver-
 bis*: Le second volume de la Bible contenant depuis
 le commencement des Paraboles Salomon jusqu'à
 la fin de l'Apocalypse est à Jehan Duc de Bourgogne
 & d'Auvergne, Comte de Clermont, de Touraine &
 Chambrier de France, Lieutenant General du Roy &
 Gouverneur du Languedoc. *Ibidem cod. 6705.*

Eadem 2. vol. in folio, scripta à Gofrido Godion,
Ibidem codd. 6824-25.

Epistola ad Hebræos & Epistolæ Canonice ejus-
 dem versionis, scriptæ anno 1347. Codex in folio.
Ibidem cod. 6818.

Biblia Gallica ex eadem versione. Codex mem-
 branaceus in folio, perpulchro caractere exaratus;
 & elegantissimis picturis decoratus: fuit olim Caroli
 V. dicti Sapientis, nunc cum *possidet Nicolaus Jo-
 sephus Foucault* Comes Consistorianus ex donq;
 Patrum Collegii Flexienfis J. S. *Initio voluminis hæc
 Latine leguntur literis aureis exarata*: „Anno
 Domini millesimo trecentesimo septuagesimo pri-
 mo istud opus pictum fuit ad preceptum & ho-
 norem illustrissimi principis Karoli regis Francie,
 etatis sue tricesimo quinto & regni sui octavo, &
 Joannes de Brugis pictor regis predicti fecit hanc
 pictur-

picturem propria sua manu. „ *Ad calcem voluminis hæc rithmi Gallici reperiuntur.*

A vous Charles roy plain donnour
 Qui de sapience la flour
 Estes sur tous les roys du monde
 Pour le grand bien quen vous habonde
 Presente & donne cestui livre
 JEHAN VAUDETAR votre servant
 Qui est cy figure devant
 Conques je ne vi en ma vie
 Bible dystoires si garnie
 Dune main pourtraites & faites
 Pour lesquelles il en a faites
 Plusieurs allees & venues
 Soir & matin par my les rues
 Et mainte pluye sur son chief
 A jusquil en soit venu a chief
 Si fu au prince sus nomme
 Ce livre baille & donne
 Par le dit Jehan que je ne mente
 Lan mil CCC. XII. & soixante
 De bon euers & vaulsist mil mars
 XXVIII. jours du mois de Mars.

Biblia ex eadem versione. Codex membranaceus in folio maximo. *Initio hujus voluminis hæc leguntur manu Nicolai Flamel, litera variis lineamentis decorata, scripta:* „Cest une Bible historique laquelle est à Jehan fils de roi de France & duc de Berry & d'Auvergne, Conte de Poitou & d'Estamples &c. *cum subscriptione.*

N. FLAMEL.

Deinde,

laquelle Bible mondit Seigneur le duc donna au

mois de Juing lan mil quatre cens & dix à noble,
 & puissant Seigneur Messire Jehan Harpedenne,
 Seigneur de Belleville & de Montaigu Chambel-
 lan du Royaulme & de Monf. le Duc de Berry.

Cum subscriptione N. FLAMEL.

Ad calcem legitur: Ceste Bible est au duc de Berri.

cum subscriptione JEHAN.

Affervatur nunc Parisiis in Bibliotheca Bullioniana.

Biblia Gallica ex eadem versione, *in fine legitur:* Le x. jour de Septembre l'an 1417. fust ce Livre, donné à tres hault & tres puissant Prince Humfrey, Duc de Glocester, Comte de Hainault &c. Hoc est, die decima Septembris datus est hic liber præcelso, & potentissimo Principi Humfræo Duci Glocestriensi &c. *Ibid. cod. 6702.*

Novum Testamentum ejusdem versionis. Codex recens in folio scriptus Papiæ pro Ludovico XII. Rege Francorum circa annum 1510. *Ibidem cod. 6830.*

Complures alii hujus versionis videntur in eadem Bibliotheca codices, quibus appositum est etiam nomen Guiarti des Moulins, ut *codd. 6819. 6820. 6824.* & in aliis Gallia Bibliothecis: qui omnes quamvis ejusdem sint translationis, non sunt tamen ejusdem dialecti, sed variam exhibent, prout à Notariis diverso tempore, diversisque in regionibus descripti fuerunt.

Præterea quidam codices integrum textum unà cum glossis Petri Comestoris continent: quidam eadem glossas vel auctas vel paululum mutatas; alii denique diversas promunt. In nonnullis synoptice referantur quidam libri Bibliici, aut desunt Psalmi;

- Vitenhove** (Joannes), Belga, Calvinista, (*obit* 1565.) Belgicam Novi Testamenti, versionem aggressus est. p. 285. II. *partis*.
- Vitre** (Antonius), Parisinus, Typographus Regius, (*obit* 1670) Biblia Polyglotta Michaëlis le Jay, binasque alias sacri codicis Latini editiones excudit. p. 28. 640. I. *partis*.
- Vitus** (Georgius), Germanus, Wittenbergensis, Luther. *claruit* 1613.) Indicem Biblicum ad instar Concordantiarum Latinarum composuit. p. 409. II. *partis*.
- Vlenbergius** (Caspar), Germanus, Westphalus, Lippiensis, Theol. Licentiatus Colonienfis, & Gymnasii Laurentiani Regens, & ad D. Columbam Pastor (*obit* 1637.) Biblia ex Vulgata Latina in Germanicum sermonem transtulit. p. 193. II. *partis*.
- Ulphilas**, Cappadox, Arrianus, Gothorum Episcopus (*claruit* 365) universos sacre Scripturæ libros in patrium sermonem convertit, quorum quatuor duntaxat Evangelia ad nos pervenerunt. p. 167. 168. II. *partis*.
- Ulphe** (Jacobus), Suecus, Luther. (*claruit* 1520.) Psalmos Suecice expressit. p. 293. II. *partis*.
- Ungnad** (Joannes), Croatus, Liber Baro in Sonnek Cæsareus ad Portam Othomanicam Legatus (*obit* 1565.) Biblia in linguam Turcicam & Croaticam curavit transferri. p. 275. I. *partis*. p. 361. II. *partis*.
- Vormundus** (Franciscus), Amstelodamensis, Luther. (*obit* 1551.) Davidis Psalterium Danice reddidit. p. 291. II. *partis*.
- Urbanus VIII.** Pont. Max. antea dictus *Maphæus Barberinus* (*obit* 1644) mandavit, ut nova ex codd. msc. adornaretur Novi Testamenti Græci editio, quæ nunquam prodierat, versionem quoque Bibliorum Arabicam ex Latino confici iussit. p. 242. 488. I. *partis*.
- Usserius** (Ambrosius), Hibernus, Biblia Anglico sermone donavit. p. 320. II. *partis*.
- Usserius** (Jacobus), Hibernus, Dubliniensis, Archiepiscopus Armachanus (*obit* 1655) Harmoniam IV. Evangelistarum scripsit: item ex 16. codd. msc. Græcis variantes N. T. Græci lectiones collegit. p. 394. 427. II. *partis*.
- Wadingus** (Lucas), dictus de S. Francisco, Hibernus, Waterfordiensis, Minorita (*obit* 1652) Concordantias morales SS. Bibliorum composuit. p. 402. II. *partis*.
- Walaps** (Antonius), Belga, Gandavenfis, Calvin. Th. Pr.

- ling. Gr. Philos. & Th. Pr. Pastor Leidensis (*obit* 1639.) V. *Belgici Interpretes*.
- Waltherus** (Michaël), Germanus, Norimbergensis, Luther. Th. Dr. Superintendens Generalis Cello-Lunenburgensis (*obit* 1662) Concordiam Evangelicam contexit. p. 395. II. *partis*.
- Ward & Ward-Eman.** V. *Anglicani Interpretes*.
- Waltton** (Brianus), Anglus, e Clevelandia in Comitatu Eboracensi, 3. ling. peritus, Th. Dr. Episcopus Cestriensis (*obit* 1661). V. *Londinensia Polyglotta*.
- Wellhamerus** (Christophorus), Germanus, Ambergensis, Luther. Pastor in Agro Norimbergensi, (*obit* 1646) Canticum Canticorum Germanice & Novum Testamentum Latine reddidit. p. 757. I. *partis*. p. 233. II. *partis*.
- Wetterus** (Georgius), Bohemus, Calvin. senior (*obit* 1599.) V. *Bohemi Theologi*.
- Whelecius** (Abrahamus), Anglus, Salopiensis, ling. Arab. & Saxonice Profess. Cantabrigienfis (*obit* 1654) Persicam confecit 4. Evangeliorum interpretationem. p. 172. 764. I. *partis*.
- † **Whiston** (Guilielmus), Anglus, Anglic. Mathematicum Professor Cantabrigienfis (*obit*) brevem Harmoniæ IV. Evangelistarum considerationem Anglico sermone scripsit. p. 395. II. *partis*.
- Wiclefius** (Joannes), Anglus, in septentrionali Insule parte natus, Heterodoxus, Th. Dr. & Prof. (*obit* 1384) Anglicam totius sacri codicis juxta quosdam interpretationem condidit. p. 312. 316. 319. II. *partis*.
- Widmanstadius** (Joannes Albertus), Germanus, Catholicus, J. C. linguæ Syriacæ peritissimus, Cancellarius Austriæ, Eques S. Jacobi (*claruit* 1555) N. Testamentum idiomate & caractere Syriaco primus edidit. p. 195. I. *partis*.
- Wilhelms** (Jodocus), Borussia, Resellianus, Luther. Med. Dr. Francofurtanus (*obit* 1552) Psalmos ex Hebreo Latinos fecit. p. 726. I. *partis*.
- van Vvinghe** (Nicolaus), Belga, Canonicus Regularis ad S. Martinum Lovanii (*obit* 1552) Biblia Belgica, quæ Lovaniensia deinceps dicta sunt, recognovit. p. 274. II. *partis*.
- Wirth** (Georgius), Lusatus, Laubæ natus, Luther. Caroli V. & Philipp. II. Archiater (*obit* 1613) Vitam Christi ex quatuor Evangelistis collegit. p. 395. II. *partis*.

Wittingham (Guillelmus), Anglus, Cestriensis, Calvin. Minister Anglorum Genevæ, Decanus Dunelmensis (*obiit* 1579.) V. *Angli Puritani*.

Vulpinus (Jacobus Antonius), Rhætus, Engadinus, Calvin. Pastor Ecclesiæ Felanensis (*claruit* 1657.) Biblia in linguam patriam convertit. p. 164. II. *partis*.

Wolderus (David), Germanus, Hamburgensis, Luther. S. Petri Hamburgi Minister (*claruit* 1596.) trilinguam Bibliorum editionem emisit in publicum. p. 26. I. *partis*.

Wiekus (Jacobus), Polonus, Vagroveccensis, Jesuita, 3. ling. peritus, Th. Dr. (*obiit* 1597.) Sacram Scripturam ex Latino Polonice reddidit. p. 353. II. *partis*.

X *Imenius* (Franciscus), Hispanus, Cisteris municipio Regni Legionensis natus, Minorita, Archiepiscopus Toletanus. S. R. E. Cardinalis (*obiit* 1517.) Biblia quadrilingua suis sumptibus imprimi curavit, at ex illis nihil unquam, sicut refert Sixtus Senensis, transtulit. p. 13. I. *partis*.

Z *Ackarias*, Etruscus, Florentinus, Dominicanus, (*claruit* 1442.) Novum Testamentum linguâ vulgari expressit. p. 135. II. *partis*.

Zacius (Simon). V. *Pinczoviani*.

De Zumora (Caspar), Hispanus, Hispalensis, Jesuita, Concionator (*obiit* 1621.) amplissimas & novo ordine dispositas Latinorum Bibliorum Concordantias edidit. p. 408. II. *partis*.

Zanus (Andreas), Venetus, Minorita (*claruit* 1645.) Monestaron historice passionis Dominicæ ex 4. Evangelistarum narratione confecit. p. 395. II. *partis*.

Zegerus (Nicolaus), Flander, Bruxellensis, Minorita, Gr. & Lat. doctus (*obiit* 1559.) Latinam. Novi Testamenti editionem juxta Vulgatam adornare decreverat, sed morte præventus non absolvit: plurimas vero diversas Novi Testamenti Latini lectiones in suo Epanorthote collegit. p. 454. I. *partis*. p. 442. II. *partis*.

Zwinglius (Hulricus), Helvetius, Tugiensis, Ecclesiæ Tigurinzæ Pastor (*obiit* 1531.) Libri Job, Psalmorum, Proverbiorum, Ecclesiastæ, Cantici Canticorum, Isaïæ & Hieremiæ Latinam ex Hebreo versionem fecit. p. 679. 724. 729. I. *partis*.

Országos Rabbiképz. - Zsidó Egyetem Könyvtára

Bi
170/11

LE LONG
BIBLIOTH.
SACRA
T. II.

111

235

